

Arnold Duncker Hermannus Hoge

Exercitium Academicum De Origine Animae Rationalis

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730549410>

Druck Freier  Zugang



A. Düncker (H. Noze)

R. U. phil 1658

BONO CUM DEO!
EXERCITIUM ACADEMICUM
DE
ORIGINE ANIMÆ
RATIONALIS,

quod
Consentiente Amplissimâ Facul-
tate Philosophicâ,

sub
PRÆSIDIO
M. ARNOLDI DUNCKERI,
Westphali,

*Nobilissimis Philosophiæ Cultoribus
Ventilandum exhibet*

HERMANNUS HOGE,
Osnabrugensis.

In Auditorio Majori die 7. Augusti.



ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,
Acad. Typ. ANNO M. DC. LVIII.

BONO CUM DEO!

EXERCITIUM ACADEMICUM

DE

ORIGINE ANIMAE
RATIONALIS.

quod

Consentiente Amplissima Facul-

tate Philosophica



in

PRESIDI

M. ARNOLDI

Weghali.


Nobilissima Philosophica Curia

Rostochiensis

CHRISTIANUS HOFFMANNUS

Ordinarius

In Rostochio



ROSTOCKI 1771



ὄν θεῶ

Tradux non infert Compositionem Spiritualem.

§. 1.

Non est si traducem statuimus, ut compositionis alicujus spiritualis incusemur, cum non ex eâ Schola prodeamus, quæ ejusmodi dogmatis Doctores fovet. Tradux ergo duplici nomine venire potest. (1.) Pro tali propagatione quâ per divisionem ad modum materiæ aut totalem transfusionem aliquid propagatur. (2.) quatenus est talis modus, quo per benedictionem divinam (Crescite & multiplicamini) generans genito dat novam numerò animam ex nihilo privativo. Ubi quidem prior significatio etymologiæ magis est congrua, sed minus instituto nostro. Consentim⁹ ergo in posteriore, de qua conferatur Excell. Sperling. in Inst. Physicis p. 132.

Tradux duplici modo pot accipi.

§. 2. Committunt igitur ἀνοιαν τῆ ἐλέγχῃ, qui argumento hoc populari intempestivè interdum contra nos triumphant: Aut tota anima parentis propagatur, aut pars? Sit tota? datur evacuatio formæ parentis. Sin pars? datur divisibilitas formæ. Nam in quo argumentum fundatur falsa hypothesis est; quasi nos qui traducem defendimus, Animâ in parente formaliter hærentē propagari ullo modo dicamus. Rectissime ergo corrigitur, si nec tota anima, nec pars, sed nova numerò anima propagari asseveratur. Corrigantur ergo per nos eavirgulâ, qui crassiorē traducem statuunt, de quo subindè, in primis verò in ψυχολογίᾳ Rudolphi Gochlenii Professoris quondam Marpurgenſis erudimur, qui prolixam sententiarum computationem fecit.

Obiecto.

§. 3. Hoc obiter de naturâ traducis ponendum esse judicavimus, ne suspiciosè vox illa ceu crassa & barbariem sapiens à procul stantibus rejiciatur, quod sinistrè sapius fieri alibi docemur.

A

Thi

Anima non propagatur per Creationem.

§. 1. Veritatem thesios probamus, si & scripturæ sacræ & rectæ rationis autoritatem interponimus. Fundamentum palmarium esto benedictio divina, Crescite & multiplicamini. ex quo argumentamur: Ubiq; datur multiplicatio secundum essentiam, ibi datur multiplicatio secundum animam Atq; in omnibus animantibus datur multiplicatio secundum essentiam. E. in omnibus animantibus datur multiplicatio secundum animam, & consequenter in homine. Major est vera: quia essentia absolvitur duabus partibus essentialibus unitis; communicata ergo ea, comunicantur partes unitæ. Minor probatur ex privilegio multiplicationis in benedictione divina contentò, quod essentiam concernit.

§. 2. Et cur quæso eminentiam hanc brutis concedimus, quod illa habeant beneficium sese multiplicandi, quo ad animam; homo vero nequaquam; ubi tamen homo inter omnes creaturas nobilissima audit? Et quid vetat, quod Anima hominis æq; non possit egredi ex lumbis parentum, atq; animæ brutorum, quum benedictio divina æqualiter ad omnes species Animalis pertineat?

Obiectio:

2

§. 3. Dicis I. Animam rationalem esse Spiritum, sed nullum Spiritum esse generabilem. & Concedendo de Spiritu completò, de incompleto minimè. (2.) Deum non jussisse Animam rationalem sicuti animas brutorum prodire ex terrà, sed creationi reservasse; Resp. Nondum evictum est, animas brutorum non esse creatas, sed adhuc sub Judice lis est. Et licet illud concederetur, nondum tamen infallibiliter creationem Animæ rationalis exinde, inferre posses; cum DEUS propter aliquam prærogativam peculiariter in productione hujus nobilissimæ substantiæ potuisset esse occupatus quod absurdum non est. (3.) Omne generabile esse corruptibile. Sed Animam non esse corruptibilem. E. Animam non esse generabilem, Resp. illud axioma non esse universaliter verum. Excipis? Contra negatè principia non esse disputandum; distinguimus, & contra negantem principia prima & catholica non esse disputandum, concedimus. Atq; sic negamus minorem propositionem, Appositè ergo & cum grano salis adduci debet hæc accusatio, non nudè & crudè. Fingere alias qualibet Schola sua principia & illa sanctificare posset. Sic Stoici & Epicurei, Ramus & Aristote.

Aristoteles ad infallibilitatem suorum principiorum provocarent. Sic Plato mundum intelligibilem & falsam *μετεμψύχων* oraculū diceret.

§. 5. Ad argumentum nostrū respondent concedendo, benedictionem omnino pertinere ad hominem, & animam hominis sensitivam, per eandem benedictionem propagari. In qua sententia ex Scholasticis Averroistę fuerunt. Ut verò illud largiantur reale trium animarum, (quas nos facultates dicimus) discrimen introducunt, quod in istis Philosophi verbis fundatum cupiunt: Homo prius vivit vitam plantę postea vitam animalis, & tandem vitam hominis. Verum enim verò realis illa animarum differentia non solum in libro naturę, sed etiam scripturę exposta est. Si enim talis datur differentia realis inter tres facultates, concedendum est posse dari Animal, quod ad nullam Animalis speciem referri possit: imo, quod sæpè de factò tale Animal detur, v. g. Si concedamus quod detur primò in Embrione Anima vegetativa & sic vita, & quod deinde accedat Anima sensitiva, quę Animalitatem infert, habemus Animal quod ad nullam Animalis speciem referri potest. Consequentia constat: Quia differentia specifica determinans naturam genericam nondum accessit. Alias concedimus hominem quoad actum secundum triplici vitā vivere, quoad actum primum nequaquam. Confer Exc. D. Doct. Lutgem, in tractatu de vero homine. Nec est, ut excipias, illud Animal (Embrionem) esse imperfectum Animal, cum naturam specificam à differentia contrahente expectet: nam ubi forma generica datur, ibi absolvitur natura generica, quippè cum forma specifica non esse genericum sed specificum præstet. Ergo ubi datur forma sensitiva datur Animal. Dicis? Materiam Embrionis esse dispositam per formam genericam ad modum ejusmodi dispositionis, per quem anima rationalis apta est recipi & per hoc consequenter imperfectionem indicari. Resp. Imò, illa dispositio quia specifica est, arguit existentiam formę specificę, illa enim ut notum est ex Logicā, esse distinctum largitur, ubi generica confusum. Non ergo concedendum est, illam dispositionem à forma generica oriri.

§. 6. Pone verò quod detur reale discrimen inter tres facultates laudatas, sic sanè omne generans sibi simile generari negabis. Embryo homo non est, si destituitur animā rationali. Embrionis anima ad cælum non avolabit, si mortem sentiet, sed annihilabitur ut animæ brutorum, quod sanè periculosum est.

§. 7. Nec sanè si experientiæ credimus, identitatem harum facultatum possumus inficias ire. Experimur sæpius, quod natura nimis intentæ occupationibus mentis impediatur in occupationibus sensitivis, & nonnunquam etiam in vegetativis. Sic si aliquis anxie speculatur calorem, revocat ex stomacho, & concoctionem impedit. Si quis profundè meditatur sonoros tubarum clangores sæpius non percipit. Quod Doctore subtili Johanni Duens sæpius evenisse rumor est.

§. 8. Sed excipiunt ulterius; Non posse propagari Animam ex nihilo per virtutem finitam, cum propagatio ex nihilo inferat creationem; hæc verò virtutem infinitam. Consequentiam probant ex definitione creationis: Creare est aliquid ex nihilo facere. Verum enim verò illam descriptionem nihil veritati rei obesse dicimus; cum enim multæ causæ naturales ex nihilo effectum producentes beneficiò hujus definitionis Creatores sint, definitionem ut minus accuratam & adæquatam odisse obligamur. Ex quo enim obsecro, Statuarius figuram statuæ producit? non profectò ex materia sed in materia. Ex quo conceptus mentis? sanè ex nihilo, nisi causam exemplarem incongruè sollicitare volueris, cū illa idealiter, adeoq; non materialiter in intellectu existat. E. illegitimè mysterium Creationis ex illa descriptione inferitur.

§. 9. Rectè ergo Creationem actionem dicimus, quæ per virtutem divinam specialiter ex nihilò aliquid producit. Addimus specialiter; quia etiam per virtutem divinã in agentibus naturalibus juxta concursum universalem aliquid ex nihilo producit, sed non per modum Creationis. Sed hoc obiter.

§. 10. Nihil hic de peccatò originali dicemus, nisi quod illi, qui creationis patrocinium subeunt, inter purum & impurum tertium nempe non purum dari, confidant. Damus, & id quidem liberè, in quadam actione animam nec puram nec impuram fieri. v.g. in studendo, edendo, bibendo, ludendo &c. sed negamus illud in omni actione simpliciter evenire. Aliud est: animam post sui productionem nec puram nec impuram fieri, cum impura jam sit: aliud: animam in sui productione nec puram nec impuram esse à productore accipere. Posterius est falsum. Datur inter doctum & indoctum tertium, quod fatemur, nempe non doctum; Sic equus nec doctus, nec indoctus, sed non doctus est, cum non sit subjectum doctrinæ capax, & consequenter privationis denominationem recipere non possit, cum illa de nullo nisi habitus capaci prædicetur;

dicetur: Sed negamus inter purum & impurum quatenus disiunctivè de animâ prædicantur, dari tertium, quia anima est subjectum habitus (puritatis) capax. Quam incongruè hominem cæcum non videntem negative, tam incongruè animam non puram dixeris.

§. 11. Cæterum num alias illud argumentum de peccato originali firmiter stringat, apparet ex Viri cujusdam dum vivebat, accuratissimi, habita oratione, in qua mentem suam exponit. Verba ejus sunt hæc: Sed quid dicam? Deum creare animam impuram materialiter, ut cum Philosophis loquar, non formaliter, id est creare animam, quæ impura sit; sed non creare ipsam impuritatem, seu peccatum, per quod impura redditur. Sed unde ergo inquis, peccatum contrahitur? Resp. peccatum illud mera privatio est imaginis divinæ, & justitiæ, quâ primus homo cõdecoratus fuit, & non requirit causam, à qua producat. Sed ut tenebræ neq; sunt, neq; afficiuntur, sed inde res dicuntur tenebrôsæ, quia non illuminantur: Sic animam creati impuram idem est, ac eam ita creati, ut nõ cõcreetur imago divina, & si quid aliud est, cujus peccatum originis privatio est. Hæc ille. Quod aliquid hic solidi subsit, negare non auri fuerimus.

§. 12. Sed hic prætereundum non esse autumo quod illi, qui Creationem tuentur, vehementissime urgere solent, quod nempe duæ causæ eundem numerò effectum producere non possint. Quod per Traducianorum hypothesein utrumq; parentem causam generationis facientem hætenus decretum fuit. Ubi non immeritò quæsieris, quis per creationis patronos generet? Quis formam cum materia uniat? nonne uterq; Parens. E. duæ causæ eundem numerò effectum saltem per illos, qui utrumq; Parentem ad generationem activè concurrere dicunt, producant. Cui sententiæ, magnam partem Philosophorum favere, constat. Tacemus, quod ex concursu duarum causarum externarum compositio inferri non possit; Nam, cum hæ intrinsecè & formaliter non componant, ut ipsi adversarii concedunt, nullam compositionem intrinsecam & formalem forma habere poterit, quia internarum causarum influxus expers est.

Anima propagatur per traducem.

§. 1. Liberavimus vocem ab æqui vocatione in thesi priorè, in qua traducem Compositionem adstruentem rejicimus, & istum laudamus,

A 3

quo

quo Anima ex nihilo privativo per virtutem finitam propagari solet ; Est verò tradux in prima sui significatione, propago, seu pars ab arbo- re secta, & in aliam arborem traducta. Hinc terminò ampliatio ab ista prima significatione ad multiplicationem formarum quamvis, eam, etiam, quã sine sectione ac divisione fit multiplicatio, traductio relata est. Sicut in thesi laudatã superiori ex Dn. Sperlingio demonstratum ivimus.

§. 2. Hac præsuppositã distinctione traducis dicimus ; Animam necessariò per eundem multiplicari ob rationes partim adductas, partim adducendas. Ex quibus palmaria est, beneficium multiplicationis secundum essentiam, quæ absolvi non potest, nisi per conproductionem animæ, ceu partis nobilioris. Atq; illa ratio duplici nititur basi. 1. benedictione divinã. 2. definitione seu potius descriptione generationis, quæ productionem sui similis non secundum accidentia, quæ sæpe variant, sed secundum essentiam confirmant. Ad quam accedit (1.) prærogativa brutorum, quam toties adoramus, quoties facultatem secundum essentiam multiplicandi homini denegamus. (2.) multiplicatio Entium præter necessitatem, quæ ab iis committitur, qui felicius quam alii, creationem animæ defensuri, tres animas realiter differentes introducunt. (3.) peccatum originale, quod convenientius animæ tribuitur, si truduci potius, quam immediate illam creati dixeris. Equidem si Anima immediate creatur, Adamitica non est, adeoq; pura h. e. stipata imagine divina creetur necesse est; inprimis cum ei imputari non sit verisimile, quod ille patravit, de cuius essentia anima nondum participat. Et eousq; rationem ex peccato originali bene pugnare modestè salvò Doctorum judiciò dixerimus.

§. 3. Sed hic nobis facessunt difficultates, dum mediante semine animam propagari dicimus, quærent enim : Num ante decisionem, an in decisione, an post decisionem seminis anima propagetur? Sed non antè nec in decisione. E. post decisionem. Si vero post decisionem (puta seminis paterni) ita colligant: E. datur in semine deciso Anima paterna, sese multiplicans. Cæterum negamus consequentiam; nam dũ semen hærebat in vasis spermaticis utiq; informabatur ab Anima parentis, atq; illa anima formaliter hærens in parente virtualiter in semine deciso producit novam numerò animam. Non ergo opus est, nec mens nostra est, Animam parentis utriusq; necessariò existere ibi, ubi debet produci

produci anima nova. Nec mens nostra est, Animam patris esse principium solitarium exclusâ matris; multiplicationis Animarum, sic enim incomparabilem prerogativam deberemus patri; eiq; majorem amorem naturaliter præstaremus; quam matri, quia ab eo esse haberemus, sed ab hac tantum conservari.

§. 4. Ast hic urgeri solet; Animam non posse multiplicare animam, cum actiones & passionés sint suppositorum. Ast Respond. Non dici Animam multiplicare Animam ultimâ: Sed actiones & passionés sunt suppositorum quoad denominationem ultimâ. Sic Christi humana natura rectè dicitur esse passa. Sic oculum videre, aurem audire absurdum non est. Distingüendum est inter principium quod & quo; Tacemus, quod alias actiones & passionés possint esse non suppositorum quoad denominationem ultimâ. Sic v. g. Anima post sui separationem à corpore rectè dicitur intelligere. Quam non negamus, Animam in statu separationis assimilari supposito, & consequenter illam denominatione ultimâ frui.

§. Ad argumentum nostrum quod in forma tale est, si Adam filio non dedit animam, sed Deus eam creando immisit, non poterit dici genuisse filium; Siquidem, ut quis dicatur gignere filium, necesse est, ut ipsi essentiam tribuat. Sed Adam filio non dedit animam. E. respondet non nemo, negando minorem; dicitq; sufficere, si Pater & mater moraliter & mediâte filio tribuant animam; quod fieri putat, quando nullam posse fieri creationem animæ; aut ejusdem ad corpus applicationem, nisi semen fuerit effusum, in quod anima introduci possit. Ex quo apparet, Patrem & matrem per hanc hypothesin moraliter, ut ipse fatetur, influere; Deum autem Physicè. Ast Respond. num illud respondisse sufficiat; videtur sequens detegereratio; quod Pater & mater productionis essentia communi Philosophorum suffragiò causæ Physicæ hactenus dicti fuerint. Ad quam rationem aliæ superius adductæ pondus conferunt. Sed regerit; nos propriò jugulari gladiò, si dicamus Patrem & Matrem essentiam conferre filio, tunc enim inquit, anima Parentum divideretur. Respond. Negandò consequentiam; Cum enim natura generationis Physicæ talem propagationem crassam non exigit, meritò ab illa abstinemus, imò omnia requisita generationis Physicæ in nostro traduce ponuntur. E. propriò nos
jugu-

jugulari gladiô haud feliciter evinci poterit. Urget quidem influxum
immediatum ad generationem Physicam naturâ spectantem, sed fru-
stra: quia istum influxum immediatum non destruimus, sed adstruimus,
quando parentes proximè producere animam confirmamus.

Et quæretur.

1. *Generatio in Physica rectè refertur ad par-
tem specialem.*
2. *Pila in parietem projecta habet motum à
projiciente, reflexionem à pariete.*
3. *Anima tota est in toto, & tota in qualibet
Corporis parte.*
4. *Quæritur: Num Anima etiam videat in
pede? Respond. dist.*



PRimitias, Animæ qui nunc ab origine reddis,
Post mature sciat messis opima tibi!

Hermannus Schuckmann/
Th. D. & P.

Ad Eximium Dn. Responsurum;

Popularem suavissimum:

HOGE, Tui non sunt sine pulchrâ laude labores:
Fac ut eum Docto Præsidi Victor eas!

Cum benedictione scr.

Bernh. Gosman, Ds

Magri res tractant momenti mente valentes,
Nec gaudent animis serpere semper humi;
Summi summa viri scrutantur: Præsidis ipsum
Et Respondentis splendida facta probant.
Abdita dum tentant animæ. Quod profit utriq;
Pulpita scandenti; Numina cæpta regant.

Cum voto scrib.

M. Martinus von Essen/

Formam quod spectat, res est mirabilis; et si
Ipsam ceu partem possidet omnis homo,
Rusticus & civis, Princeps, & nobilis ordo,
Non tamen hi formam ritè videre queunt.
Res mira est, dixit, magnus quoq; Scaliger alter
Forma, sed & nullos hæc habet interitus.
Ejus & est ortus mirus, jubet ipse *ἐπεὶ ἐξείπεν*
Augustinus, erat qui bona gemma Patrum,
Tu tamen hic tentas formam proponere Amice,
In quantum Doctis hoc placuisse potest,
Laudant conatus, quotquot tibi fausta precantur,
Cætera non cura, cætera textus habet.
In patria laudes merito tibi conquires, illa
Sæpe solet doctis non nocuisse Viris.

PRÆSES.

Quæ

Quæ nam animæ rationalis fit, dicis, origo
Theſibus, & varios præteriſſe placet.
Errores; animæ quos circa exordia ſpargunt,
Hinc te multorum gloria lausq; manent.

Johannes Bette/ Osnabrugensis,




Perge viâ ſimili ſic porro accreſcere, Surget
Uberior Tibi ſic gloria, fama, decus.

*Hoc eximio Dn. Respondenti Pop. ſuo amiciff,
animatus precat*

Rudolphus Henricus ab Anckum Osnab'





produci anima nova. Nec mens nos-
cipium solitarium exclusâ matris; mul-
incomparabilem prerogativam deber-
tem naturaliter præstaremus, quam n-
sed ab hac tantum conservari.

§. 4. *Alit hic urgeri solet; Anim-*
mam, cum actiones & passionés sint
Non dici Animam multiplicare Anim-
passionés sunt suppositorum quoad
Sic Christi humana natura rectè dicitur
autem audire absurdum non est. Disti-
quod & quo; Tacemus, quod alias ad
non suppositorum quoad denominati-
ma post sui separationem à corpore re-
quam non negamus, Animam in Itali-
to, & consequenter illam denominatio-

§. Ad argumentum nostrum quod
non dedit animam, sed Deus eam ei
genuisse filium; Siquidem, ut quis di-
ut ipsi essentiam tribuat. Sed Adam
respondet non nemo, negando minore
mater moraliter & mediatè filio tribu-
quando nullam posse fieri creationem
applicationem, nisi semen fuerit effu-
possit. Ex quo apparet, Patrem & ma-
taliter, ut ipse fatetur, influere; Deum
num illud respondisse sufficiat, videtur
Pater & mater productionis essentia
fragiò causæ Physicæ hactenus dicti fu-
superius adductæ pondus conferunt. §
gladiò, si dicamus Patrem & Matrem
enim inquit, anima Parentum dividere
quentiam; Cum enim natura generati-
nem crassam non exigat, merito ab il-
sita generationis Physicæ in nostro tra-

m patris esse prin-
cipium, sic enim
q; majorem amo-
esse haberemus,

multiplicare ani-
Alit Respondet
Sed actiones &
em ultimam.
oculum videre,
inter principium
iones possint esse
m. Sic v.g. Ani-
elligere. Quan-
assimilari supposi-

si, si Adam filio
non poterit dici
filium, necesse est,
animam. E.

dicere, si Pater &
quod fieri putat,
jusedem ad corpus
anima introduci
hypothesin mo-
e. Alit Respondet
generatio; quod
philosophorum suf-
am rationem alia
s propriò jugulari
nferre filio, tunc
Negandò conse-
qualem propagatio-
imò omnia requi-
E. propriò nos
jugu-

